



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

XIII. De religiosis domibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15653**

ANNO  
CHRISTI  
1522. quorum diœcesibus monasteria ipsa consistunt, vel  
prælati sui ordinis, qui iurisdictionem in eis exer-  
cent, de priuilegio vel de iure, certos viros antiquos,  
probatos & honestos, omni suspicione carentes, &  
maxime sui ordinis, si haberi potuerint, deputent,  
qui circa ipsarum custodiam inuigilent diligenter,  
curam adhibentes solicitam, ne quiuis sœculares vel  
religiōsi suspecti ad eas intrent, vel ipsæ exeant ad  
eosdem. Si vero ex aliqua rationabili causa aliquæ  
bonæ & non suspectæ personæ ad eas intrare de-  
buerint, vel ipsæ exire ad eas, hoc fiat de voluntate  
expressa illius, qui, vt præmissum est, ad custodiam  
earum fuerit deputatus, de licentia illius qui mona-  
sterio illi præest. Eis etiam cum dictis personis con-  
fabulari non liceat, nisi sub testimonio duarum vel  
trium sororum loco conuenienti & hora congrua:  
nec in confabulatione absque causa necessaria con-  
trahant magnam moram. Contrarium vero facien-  
tes in sententiam excommunicationis incident ip-  
so facto.

XIII.

Hospitalitatem quam ex pietatis officio de iure  
a clericis, & maxime ecclesiarum rectoribus imper-  
tiri conuenit transeuntibus, seruari volentes, sta-  
tuimus ut parochialium ecclesiarum rectores & cu-  
rati, secundum facultatem bonorum suorum, re-  
ligiosos, pauperes & peregrinos transeuntes carita-  
tive recipiant & pertractent in locis, nisi vbi ad hoc  
sit domus aliqua specialiter deputata. Rectores &  
curati prædicti diligenter inuigilent, vt domus hu-  
iusmodi sic conuenienter paratae sint, quod hospi-  
talitas ipsa, ad quam deputatae fuerint, in eis de-

Concil. Tom. 29.

M

90 IOANNES CONCILIVM LUDOVICVS BAVARVS IMP.  
P. XX. ALPHONSVS XI. R. CASTELLÆ.

ANNO  
CHRISTI  
1522.

bite obseruetur , & ad hoc rectores ipsi per ordinarios compellantur.

X I V .

Ambitionis improbae & cupiditatis peruersae studium , per quod ad beneficia nondum vacantia via damnabiliter aperitur , refecare & præcludere affectantes , statuimus ut nulli ecclesiarum patroni ad ecclesiæ , in quibus ius patronatus obtinent , antequam vacent , cuiquam præsentationes concedant : quas si forte concederint , eo ipso irritæ sint penitus & inanes. Clerici vero qui huiusmodi literas præsentationis impetrant , vel pro quibus ipsis scientibus vel consentientibus ab alio impetrantur , ad ecclesiæ ipsas obtinendas in ipsa vacatione redundantur inhabiles ipso facto.

Nonnulli ecclesiarum patroni pueros infantes , & alios in ecclesiæ , in quibus ius patronatus obtinent , & in aliis violenter intrudunt contra Canonum instituta , ecclesiarum ipsarum redditus sæpius usurpantes. Cum igitur intrusiones & detensiones prædictæ sacris sint Canonibus inimicæ , statuimus ut nullus deinceps excessus tam damnabiles attentare præsumat : alioquin contrarium facientes ipso facto sententiam excommunicationis incurvant , & quo usque ecclesiæ & prælato satisfecerint , nullatenus absoluantur. Prælati vero in suis ecclesiæ denuntiari excommunicatos nominatim faciant talia committentes. Si autem prælati in denuntiatione huiusmodi post duos menses , postquam ad eorum notitiam peruerterit , negligentes fuerint , aut tales intrusos in eisdem ecclesiæ instituerint , a col-